

Libe r

mini enim me habere memoriā et intelligētiā et voluntatē. et intelligo me intelligere et velle atque meminisse: et volo me velle. et meminisse et intelligere. totāque meā memoriā et intelligētiā et voluntatē simul memini. **Q**uod enim memorie mee non memini: non est in memoria mea. **N**ihil autem tam in memoria: quam ipsa memoria est. **T**otā igitur memini. **N**ec quicquid intelligo intelligere me scio: et scio me velle quicquid volo. **Q**uicquid autem scio memini. **T**otāque igitur intelligētiā. totāque voluntatē meā memini. **S**icut cum hec tria intelligo. tota simul intelligo. **N**ec enim quicquid intelligibiliū non intelligo nisi quod ignoro. **Q**uod autem ignoro: nec memini nec volo. **Q**uicquid itaque intelligibiliū non intelligo: sequentem etiam non memini nec volo. **Q**uicquid autem intelligibiliū memini et volo: sequenter intelligo. **V**oluntas etiam mea totā intelligentiā totāque memoriā meam capit dum toto vtor quod intelligo et memini. **Q**uapropter quoniam inuicem a singulis et tota omnia capiunt: equalia sunt tota singula totis singulis: et tota singula simul omnibus totis. et hec tria vni: vna vita: vna mens vna essentia.

De querenda imagine trinitatis etiam in his que aia ex corpis sensib' accipit. La. XII.

Am ne igitur ascendendū est qualibuscūque intentionis viribus ad illaz summā et altissimā essentia: cuius impar imago est humana mens sicut imago: an ad huc eadē tria distinctius declaranda sunt in aia pilla que extrinsecus sensu corpis capimus: vbi tpaliter impm it rex corporeaz noticia. **N**ec tētem quippe ipsam in memoria et intelligētia et voluntate suimet ipsius talē repiebamus: vt quoniam ipse nosse semper seipam velle apprehendebat simul etiam sp sui meminisse: semper seipam intelligē et amare apprehenderet: quis non semper se cogitare discretā ab eis que non sunt quod ipsa est ac hoc difficile in ea dinoscitur memoria sui et intelligentia sui. **Q**uasi enim non sint h duo: sed vni duobus vocabulis appelleret: sic apparet in ea re vbi valde ista cōiuncta sunt: et aliud alio nullo pcedit tpe: amorque ipse non ita scitur esse: cū cum non prodit indigētia: quoniam non semper presto est quod amat. **Q**uapropter etiam tardioribus dilucescere hec pnt duz ea tractant: que ad animū tempe accedūt: et que il tpaliter accidunt cuz meminit quod antea non meminerat: et cum videt quod antea non videbat: et cū amat quod antea non amabat. **D**ed aliō hec tractatio iam poscit exordium: ppter huius libelli modum.

Explicit libe r decimus.

Incipiunt capitula libri vndecimi.

- i** De imagine trinitatis etiam in eo quod imago dei non est: id est in homine exterioriore querēda.
- ii** De visibili et vidente atque visione.
- iii** De memoria qua visor imago retinet et intentione aie que in vtriusque occurrit.
- iiii** De imaginibus quas cogitationis actus intuctur in phantasia quam memoria concepit.
- v** De cogitationibus innoxijis et de his que ab actus recordationis abigende sunt.
- vi** De fine voluntatis que cognoscit an recta: an prava cupimus.
- vii** De ea trinitate que iam non ex corpore neque ex corpis sensu: sed de memoria nascitur cogitantis.
- viii** De multiplicationibus trinitatum que ex recordatione pariuntur.
- ix** Quod in quolibet genere trinitatum voluntas nec parens inueniat esse nec ples.
- x** Quod facile sit cogitari sibi eas species que non vidit ex earum recordatione que vidit.
- xi** De mensura et numero et pondere que similitudo sit in memoria et visione et voluntate.

Incipit liber vndecimus.

De imagine trinitatis etiam in eo quod imago dei non est: id est in homine exterioriore querenda.

Capitulum I.

Namini dubium est sicut interiorē hoīem intelligētia: sic exteriorē sensu corpis peditū. **N**itramur igitur si possumus in hoc que exterioriore indagare qualecūque vestigiū trinitatis: non quod ipse corde nō sit imago dei. **M**anifesta est quippe apostolica sententia: que interiorē hoīem renouari dei agnitione declarat sicut imaginē eius que creauit eū. cum et alio loco dicat. **E**t si exterior: hō noster corrūpit. sed interior renouat de die in diē. **I**n hoc ergo que corrūpit. queramus que admodum possumus quandā trinitatis effigie. et si nō expressiorē. tñ fortassis ad dinoscendū faciorē. **N**ec enim frustra. et iste hō dicit: nisi quod inest ei nonnulla interioris similitudo. et illo ipso ordine cōditionis nostre quomortales atque carnales effecti sumus: facilius et quasi familiarius visibilia que intelligibilia tractamus. **C**um ista sint exterioris. illa interioris. et ista sensu corpis sentiamus. illa mente intelligam. nosque ipsi animi non sensibiles simus id est corpora. sed intelligibiles: quoniam vita sumus.

Colo. 3.

2. Cori. 4.

tñ vt dixi tanta facta est in corpibus p̄suetudo
 ⁊ ita in hec miro mō relabēs foras se n̄a pie-
 cit intētio: vt cū ab incerto corp̄m ablata fue-
 rit vt in sp̄m m̄to certiore ac stabiliore cog-
 nitione figat̄: refugiat ad ista: ⁊ ibi appetat req̄
 em vñ traxit infirmitatē. **C**ui⁹ egritudini cō-
 gruendū est: vt si qñ interiora spiritalia accō-
 modati⁹ distinguere atq; facili⁹ insinuare co-
 namur: de corp̄ palibus exteriorib⁹ similitudinū
 documēta capiamus. **S**ensu igit̄ corp̄is exte-
 rior: hō p̄ditus sentit corp̄a: ⁊ iste sensus qd̄ fa-
 cile aduertitur quin quipertitus est: vidēdo:
 audiendo: olfaciēdo: gustādo: tangēdo. **S**z
 multū est ⁊ non necessariū vt omnes hos qñ
 q; sensus id qd̄ querimus interrogem⁹. **Q**d
 em nobis vnus eorū renunciat: etiam in ceteris
 valz. **S**tacq; potissimū testimonio vtamur
 oculorū. **I**sem sensus corp̄is maxime excellit
 ⁊ est visioni mentis p̄ sui generis diuersitate
 vicinior.

De visibili ⁊ vidente atq; visioe. **L**a. II.

Cum igitur aliquod corpus videm⁹
 hec tria qd̄ facillimū est consideran-
 da sunt ⁊ dinoscēda. **P**rimo ipsa res
 quā videmus siue lapidem siue aliquam flam-
 mam siue quid aliud qd̄ videri oculis potest.
 quod vtiq; iam esse poterat: ⁊ anteq̄ videre-
 tur. **D**einde visio que non erat p̄usq; rem illā
 obiectam sensui sentiremus. **T**ertio qd̄ in ea
 re que videtur q̄diu videtur sensum detinet
 oculorū: id animi intentio. **I**n his igitur trib⁹
 non solum est manifesta distinctio: sed etiam
 discreta natura. **P**rimum quippe illud corp⁹
 visibile longe alterius nature q̄ sensus oculo-
 rum quo sibi et incidente fit visio. **I**psaq; vi-
 sio quid aliud q̄ sensus ex ea re que sentit in-
 format⁹ apparet. **Q**uis re visibili detracta nul-
 la sit: nec vlla omnino esse possit talis visio: si
 corpus non sit quod videri queat. **N**ullo mo-
 do tamen eiusdem substantie est corpus quo
 formatur sensus oculorū: cum idez corpus vi-
 detur: ⁊ ipsa forma que ab eodem imprimi⁹ sen-
 sui que visio vocatur. **C**orpus em̄ visum i sua
 natura sepabile est. **S**ensus aut̄ qui iam erat
 in animante: etiam p̄usq; videret qd̄ vidē pos-
 set: cū in aliquid visibile incurreret: vel visio
 que fit in sensu ex visibili corp̄e cū iam cōiun-
 ctum est ⁊ videt̄. **S**ensus ergo vel visio: i-
 sensus nō formatus extrinsecus: vel sensus for-
 matus extrinsec⁹: ad animantis naturā p̄tinet
 oīno aliā q̄ ē illud corpus qd̄ vidēdo sentim⁹
 quo sensus nō ita format⁹ vt sensus sit: s̄ vt vi-
 sio sit. **N**am sensus ⁊ ante obiectū rei visibilis
 nisi esset in nobis nō distarem⁹ a cecis: dum

nihil videmus: siue i tenebris: siue clausis lu-
 minib⁹. **H**oc aut̄ distam⁹: qd̄ nobis inest ⁊ nō
 videntibus quo videre possim⁹ q̄ sensus vo-
 cat̄: illis vō non inest. **I**tec aliunde nisi q̄ eo
 carent: ceci appellant̄. **I**tec illa animi intētio
 que in ea re quā videmus sensum tenet atq;
 vtrūq; coniungit: non tñ ab ea re visibili natu-
 ra differt: qñ quidē iste anim⁹ illud corpus est
 sed ab ip̄o q̄ sensu atq; visione qñ solius ani-
 mi est hec intentio. **S**ensus aut̄ oculorū nō ob-
 aliud sensus corp̄is d̄: nisi qz ⁊ ipsi oculi mem-
 bra sunt corp̄is: **E**t q̄uis nō sentiant corpus
 exanime: aīa tñ cōmixta corp̄i p̄ instrumentū
 sentit corp̄oreū: ⁊ idē instrumentū sensus vo-
 catur. **Q**ui etiā passione corp̄is cuz quisq; ex-
 cecat̄ intercept⁹ extinguit̄: cum idez maneat
 anim⁹: ⁊ eius intentio luminib⁹ amissis: cum
 non habet quidē sensum corp̄is que videndo
 extrinsec⁹ corp̄i adiūgat̄: atq; in eo viso figat
 aspectū: visu tñ ip̄o iudicet se adempto corpo-
 ris sensu: nec p̄ire potuisse: nec minui. **M**a-
 net em̄ quidā vidēdi appetit⁹ integer: siue id
 possit fieri: siue non possit. **H**ec igit̄ tria: corp⁹
 qd̄ videt̄: ⁊ ipsa visio: ⁊ que vtrūq; coniungit
 intētio: manifesta sunt ad dinoscendū: nō so-
 luz p̄pter pp̄ria singulorū: verū etiā p̄pter dif-
 ferentiā naturarū. **A**tq; in his cum sensus nō
 p̄cedat ex corp̄e illo quod videt̄: sed ex corp̄e
 sentiētis animantis: cui aīa suo quodaz miro
 mō cōtemp̄at̄: tñ ex corp̄e quod videt̄ gignit̄
 visio: i- sensus ip̄e format̄: vt iam nō tñ sensus
 q̄ etiā in tenebris esse integer p̄t: dum est in
 columitas oculorū: sed etiā sensus informat⁹
 sit: q̄ visio vocat̄. **S**ignit̄ q̄ ex re visibili visio: s̄
 nō ex sola: nisi assit ⁊ vidēs. **Q**uocirca ex visi-
 bili ⁊ vidēte gignit̄ visio: ita sane vt ex viden-
 te sit sensus oculorū: ⁊ aspiciētis atq; intuen-
 tis intentio. **I**lla tñ informatio sensus: que vi-
 sio dicit̄ a solo imprimat̄ corp̄e qd̄ videt̄: i- a re
 aliqua visibili: q̄ detracta: nulla remanet for-
 ma que inerat sensui dū adesset illud qd̄ vide-
 bat̄. **S**ensus tñ ip̄e remanet q̄ erat ⁊ p̄iusq; ali-
 qd̄ sentiret̄: velut in aqua vestigiū tādū est:
 donec ip̄m corpus qd̄ imprimi⁹ inest: quo ab-
 lato nullū erit: cū remaneat aqua que erat: ⁊
 anteq̄ illā formā corp̄is capet. **I**deoz nō pos-
 sumus quidē dicere q̄ sensum gignat̄ res visi-
 bilis: gignit̄ tñ formā velut similitudinē suam
 que fit in sensu: cum aliqd̄ videndo sentimus
Sed corp̄is formā qd̄ videmus: ⁊ formā q̄ ab
 illa in sensu videntis fit p̄ eundē sensum non
 discernim⁹: qñ tanta coniunctio est: vt non pa-
 teat discernendi locus. **S**ed rōne colligimus
 nequa q̄ nos potuisse sentire: nisi fieret in sen-